

*Ex tabula marmorea, reperta a. 1868/9 in vinea Ceccarelliorum, ubi fuit lucus fratrum Arvalium (VI 2078 = 52374; Henzen act. fratr. Arv. p. CLII). — 1) Significantur consules anni 418, quorum nomina praecedunt.*

Adlectio et substitutio publicorum.

**5029** Idem cos. k. Febr. allectus Narcissus Annianus publicus loco | Nymphi Numisiani ad fratres Arvales.

*Ex tabula quae continebat acta anni p. Chr. 87 (v. infra N. 5054) pag. II vv. 14. 15 (VI 2065; Henzen act. Arv. p. CXIX).*

**5030** ..... Severo, L. Iulio Severo cos. | III idus Decembr. | [in locum Ca]rpi publici Corneliani promoti ad tabulas quae[storias trans- scribendas substitus (*sic*) est Epictetus Cuspianus publ[icus] ex litteris M. Fulvi Aproniani promagistri.

*Ex tabula, quae continebat acta anni 455, vv. 62—64 (VI 2086; Henzen act. fr. Arv. p. CLXXI).*

Calatores fratrum.

**5031** — — ibique<sup>1</sup> cum aditi essent fratres Arvales á Bittio Calistratō nomine Bitti Thalli calatoris Bitti Proculi<sup>2</sup> | [petente], ut ei ob introitum redderetur, quaerereturque an legitimi calatoris loco habendus esset, qui [subs]ti[[tutus in numerum calator]um sine introitu fuerat, placuit: cum calator accessio sit sacerdotis, semel ob introitum inferri | [debere, licet alius cal]lator ab eodem sacerdote substitueretur. — — —

*Ex tabula, quae continebat acta anni 120 (VI 2080. 52375 correctam a Vaglieri Notizie degli scavi 1897 p. 318). — 1) In luce deae Diae, cum ludi circenses ederentur. De re cf. Mommsen Staatsr. I<sup>2</sup> p. 544 not. 3 (1<sup>3</sup> p. 559 not. 6). — 2) Intellegitur Q. Fulvius Gillo Bittius Proculus frater Arvalis memoratus in actis inde ab anno 101 (v. infra N. 5028 fin.), paullo ante defunctus, cum die 7 Febr. anni huius 120 alium in eius locum substitutum esse legamus (VI 2080 v. 22).*

Vota quotannis mense Ianuario pro salute principis nuncupari solita.

**5032** ... astu<sup>1</sup> [ea ita faxis, tum tibi collegii] | fratrum Arvalium nomine bove aurato voveo esse futurum]. | Iuppiter o. m. | quae in verb[a tibi bove aurato vovi esse futur]um, [quod] | hoc die vovi, ast tu<sup>2</sup> ea ita fa[xis, tum tibi donum] auri p. XXV, | argenti p. IV<sup>3</sup> ex pecunia fratrum 5 [Ar]valium nomine eorum | positum iri voveo. | Iuno regina! quae in verba Iovi o. m. bove aurato vovi esse | futurum<sup>4</sup>, quod hoc die vovi, ast tu ea ita faxis, tum tibi colle[gi] | fratrum Arvalium nomine bove aurata<sup>4</sup> 10 voveo esse futuru[m]. | Minerva! quae in verba Iovi o. m. bove aurato vovi esse futuru[m], | ast tu ea ita faxis, tum tibi collegii fratrum Arvalium n[omine] | bove aurata voveo esse furum (*sic*). | In eadem verba vovit deae Diae, Saluti, divo Augusto. | Adfuerunt Paullus Fabius Persicus, Cn. 15 Domitius Ahenobar[bus], | M. Furius Camillus. | A. d. VII idus Ianuar. |